

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Adolescentis cuiusdam

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

et tua coniunx suam partem ex hereditate ad te adferat: te uicissim hortamur, ut (quod iustissimum est) uicissim et donationem propter nuptias constituas: et in hac re honestissima cum iusticiam coniugi debitam, tum uero pietatem erga socerum declares, quem te quidem propter adfinitatem patris loco uenerari et amare existimamus. Nos uero excellens ingenium eius, eruditionem, iudicij dexteritatem, grauitatem et pietatem tanti facimus, uix ut desiderium eius lenire in nobis possimus. Bene uale, die conuersionis Pauli, 1549.

Adolescentis cuiusdam.

Sape decreui ad te aliquid literarum dare, amice charissime, et specimen tibi studiorum meorum exhibere. Ideo gaudeo mihi nunc commodissimum argumentum oblatum esse. Nam cum pro uocaris me ad scribendum, nullo munere: non solum ingratus, sed etiam impius essem, si tibi nullam gratitudinis significationem uicissim ostenderem. Adhuc pater in proximis literis iussit, ut tibi gratias agerem. uult enim nos non solum literas, sed etiam communia haec officia diligenter colere. Gratissimum igitur nobis tuum beneficium est: et quia nobis necessarium est, et quia declarat, te de studijs nostris bonam spem habere. Gaudemus etiam, tua liberalitate sumptus nostros

ac

Itaque

procuramus nos

agere uult
solis literis

h/ll
Sane facit magnus

nostros leuari, quos pater in nobis docēdis iam fa-
 cit nō exiguos. Ago itaq; tibi gratias: ac polliceor,
 me, quantum ingenio ac diligentia præstare pos-
 sum, daturum esse operam, ne te beneficiorū tuo-
 rum poeniteat. Vale.

Marchionis Brandeburgensis Electoris
 ad Sigismundum Poloniae re-
 gem Epistola.

I, 55.

Sereniss. atq; inclyte Rex, & carissime pater,
 cum scirem Regiā dignitatem uestram ut ceteris
 heroicis uirtutibus, ita & amore Christianæ pie-
 tatis ac ueritatis excellere: non dubitauī ad eam
 de mea uoluntate scribere, me pio consilio, & ea
 moderatione quæ Christianū principem decet, in
 Ecclesijs meæ ditionis quædā manifesta uitia cor-
 rectorum esse. Quia in re non populi affectib; aut
 alienis exemplis moueor: sed existimo ad eorum
 officium pertinere, qui præsumunt, inspicere Ecce-
 siam, præsertim tali tempore, cum dissensionibus
 motis præfici idoneos doctores necesse est: & ra-
 tio ineunda, ut ueris modis autoritas religionis &
 disciplinæ retineatur. Eaq; moderatione uti de-
 creui, ut non solum nihil contra Catholicam Ec-
 clesiæ Christi sententiam recipiam, à qua nulla un-
 quam uis me auellet: sed etiam ne quid autoritati
 Episcoporum detrahā. In hanc sententiam cum
 Germanicè ad R. V. D. nuper scripserim, fortasse
 quidam